



**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et  
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris  
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.  
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

**Delvaux, André**

**Coloniæ Agrippinæ, 1686**

19. Quid sit thesaurus Indulgentiarum & unde originem trahat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

omnibus potestas; remittendi peccata, non solum quoad culpam, verum etiam quoad peccatum, ut colligitur ex illa particula, *Quicumque, & ex perpetuo Ecclesiae usu, quo in arbitrio Episcoporum fuit, habita ratione personarum & peccatorum, remittere vel minuere peccatas, pro peccatis debitas; quod nihil est aliud, quam concedere indulgentias.* Addere his licet, quae de indulgentiarum tum origine tum progressu commentatus est Boet. Epo. ad Confess. Alexan- dr. III, incip. *Quod autem h. t.*

## §. XIX.

Quid sit thesaurus indulgentiarum, & unde originem trahat?

1. *Originem habet ex redundantibus Christi & Sanctorum satisfactionibus.*
2. *Quo modo thesaurum illum dispenset summus Pont.*

**P**ro Indulgentiarum majori explicatione, sciendum est, opus in charitate factum, non solum esse meritiorum gratia & gloria, quatenus est charitate informatum, verum etiam satisfactionum, quatenus est ipsi operanti penale; & satisfactionem Christi tam fuisse abundantem, ut non solum penam omnem, pro peccatis totius mundi debitam, tollere possit, sed debite per Baptismum vel per Penitentiam Sacramentum omnibus hominibus applicetur, sed ob coniunctionem humanitatis cum divinitate infinitè iliam excedat, *Extravag. Vnigenitus h. t. nec tamen omnibus applicari.* & similiter Santos, ut Joan. Baptistam, Martyres, Confessores, Monachos, Eremitas ac Virgines, multò plura sine compartitione esse possunt, quam eorum peccata merebantur, juxta illud Job. 6. *Vnum appreenderentur peccata mea in inferno, & calamitas, quam patior, quasi arena maris multè gravior apparat.* Quod ipsum clarissimum appareret in Dei Matre, cuius, licet nullo unquam peccato contaminata fuerit, animam gladius doloris pertransivit,

1. *Unde necessarium est tam Christi, quam Sanctorum has redundantes satisfactions, cum non sint remuneratae quoad satisfactionem, licet quoad meritum præmium rerulerint, remuere in acceptatione divina, & ex iis concessionibus thesaurum, ad utilitatem militantis Ecclesie.*

clesiae, pro indigentibus, prout definit Clemens Pont. in d. *Extravag. Vnigenitus.* Quemadmodum in omni Republica bene ordinata thesauri & aeraria confari solent ex bonis redundantibus, pro publicis necessitatibus. Et in veteri legge erat gazophylacium, in quo recondita erant necessaria pro pauperibus. Hunc autem thesaurum, cum non debucir esse supervacuum, inanis, aut superflus, non in sudario repositus nec in agro absconditus, d. *Extravag. Vnigenitus.* Christus Beato Petro, ejusque successoribus, suis in terris Vicariis, commisit, fidelibus salubriter ex iustis & rationabilibus cauissimis dispensandum.

2. Dispensat autem illum summus Pontifex, Petri successor, quando concedit indulgentias, hoc est, quando merita satisfactionia Christi & Sanctorum redundantia applicat in satisfactionem pro alienis peccatis, & sic per modum solutionis, quatenus per illa æquivalens debito offertur. Nam eti Deus absoluta & in dependenti potestate sua, remittere possit penam omnem, sine ulla compensatione, non tamen ita vult remittere: adeò ut ne quidem in Baptismo vel aliis Sacramentis remittat penam, sive temporalem, sive æternam, absque merito Passionis Christi. Et ideo Pontifex non potest abolyvere à pena Deo debita, sine applicatione hujus thesauri, quem semper applicare intelligitur, quando concedit indulgentias. Et hinc pater indulgentiam esse condonationem & solutionem, sed diverso respectu, condonationem respectu recipientium; solutionem in ordine ad Christum & Eccleiam.

## §. XX.

An indulgentiae possint concedi animabus in purgatorio existentibus?

1. *Aliter mortuis, aliter viri concedi indulgentias.*

**I**psa patet: cum ex eo, quod ad hoc, ut unus pro alio satisfaciat non sit necesse, ut juridice absolvatur, verum sufficiat ut tantum solvatur pro eo quantum debet: cum ex facto summorum Pontificum, veluti Paschalis V. qui dedit indulgentias plenarias, per modum suffragii, animæ in purgatorio, pro

Uuu 3

qua